

7337 inter Susenses.

LICITE CVPI
CTAE AGNOS
XIMINA AD
ANNOS S
5 VS TRANSI
C/ CON

S^o III ID 3

Pugno ms.; Gazzera ms.

V. extremus utrum ad hunc titulum pertineat necne, non satis apparet.

LXXXVI. FORVM VIBII CABVRRVM (Cavourre). Tribu Stellatina.

Caburrum, quod in documentis medii aevi inde ab a. 1000 reperiri monet Promis (*Torino* p. 130, citans instrumentum n. 301 vol. I mon. hist. Pedem.), etiam Romana aetate sic appellatum esse adeoque rem publicam habuisse tacentibus auctoribus patefecit titulus Caragliensis n. 7814, in quo est *cur. r. p. Cabur.*, confirmatque n. 7345 repertus in ipso oppido Cavourre, quo posito flaminica divae Drusillae piscinam aliaque municipibus suis donavit. — Tribum Caburrensium fuisse Stellatinam, communem iis cum Taurinensibus, declarant tituli duo n. 7346 repertus Caburri et n. 7344 repertus ad S. Secundi.

Vibii Fori Plinius bis meminit cum 3, 17, 123, ubi inter oppida Transpadanae regionis, quae recenset ab occidente procedens ad orientem, omnium primum hoc nominat ante Segusionem et Taurinos, tum 3, 16, 117, ubi sic est: *Padus e gremio Vesuli montis [= Monte Viso] celsissimum in cacumen Alpium elati finibus Ligurum Bagiennorum visendo fonte profuens, condens se cuniculo et in Forovibiensium agro iterum exorians.* Rem publicam habuisse Forovibienses confirmant tituli tres urbanus unus, Mogontiacenses duo militum trium inde oriundorum (Grotefend trib. p. 57), qui sunt *M. Farrax M. f. Ste. Saturnin. For. Vi.* (Kellermann vig. n. 103a), *Sec. Metius C. f. St. F. Vibi* (Brambach 1339), *Qu. Mettius C. f. Stel. For. Vibi* (Brambach 1182), unde praeterea intellegitur Forovibienses ut Taurinos tribui Stellatinae adscriptos fuisse. Eius nominis oppida, ubi fori appellatio coniungitur cum gentili conditoris enuntiato casu secundo, cum omnia condita sint aetate liberae rei publicae vel Caesariana, Vibii autem nulli hac aetate ad maiores magistratus pervenisse videantur praeter C. Vibium Pansam, qui proconsul Galliae citeriori praefuit a. 709/10, ab eo Vibii forum nuncupatum crediderim, fortasse propter viam eius iussu stratam per hanc regionem nuper tum patefactam. — Locus autem, ubi fuit Forum Vibii, Plinii verbis supra allatis satis accurate definitur. Nam etsi nullum est alterum caput

fluminis Padi tale, quale esse dicit Plinius, verba eius satis ostendunt ad summum Padum agrum a dextra Bagiennorum fuisse, a sinistra Forovibiensium, quocum recte convenit, quod horum oppidum Transpadanae regionis ad occidentem ultimum ponitur. Eiusmodi argumentis ducti auctores Pedemontani Forum Vibii collocant fere in vico Envie prope Revellum; at ei collocationi duo argumenta obstant. Primum tituli parum respondent; unicum enim habemus ex Revello n. 7349 eumque mere privatum, neque omnino in toto hoc tractu locus ullus est, qui rei publicae antiquae indicia praese ferat excepto uno Caburro. Deinde ei loco, quo Forum Vibii fuerit necesse est, Caburrenses, quos rem publicam habuisse constat, tam vicini sunt, ut, licet verum sit in his montibus oppida fuisse ut numero plura ita longe minora quam ad Padum inferiorem, Forovibiensibus illis prae Caburrensibus iustum spatium nullum relinquatur. Quam ob rem Forum Vibii et Caburrum duo nomina fuisse existimo eiusdem oppidi, quo admissio cum ex omnibus difficultatibus expediamur, ut admittamus suadent item similia nomina oppidorum duorum vicinorum Forum Iulii Iria et Forum Fulvii Valentia.

In Transpadana regione Forum Vibii comprehensum fuisse Plinius auctor est. Sed cum Plinius Cottianae provinciae partem Italicam cum Transpadana contribuerit, aequo iure ei potest adjudicari, eamque opinionem magis sequor, quoniam Cottii civitates, cum non videantur quaeri posse supra Segusionem, ubi collocas nescias nisi in hac ipsa regione. — Coniunxi autem hoc capite titulos repertos infra Sangonem fluvium (nam supra eum inventos in ipsis suburbanis Taurinorum Beinasci et Droz et Reani Taurinis interposui) in oppidis vicisve Piobesi, Cumiana, Lombriascio, Macello, S. Secundi prope Pinerolum, Staffarda, Revello. Tituli Lombriascenses, in quibus aedilis est n. 7340 reditque bis n. 7340. 7341 tribus Pollia, ad quam rem publicam spectent nescio.

7338 Piobesi in ecclesia parochiali S. Iohannis.

VENONIVS-CLEMENS-PERIIT-VICTOR-V.M.S

Bartoli ms. a domino Fuoco.

Interpolata omnino.

7339 Tavenette prope Cumianam dietro all' altar maggiore della vecchia parrocchiale.

A E M I L I V S
M O N N I N V S
I N D V T I · F ·
F I R M V S · M O N
5 N I N V S · A E M I L I ·
F

Comes Plazaert descripsit 16 Febr. 1774 (cod. bibl. reg. Taur. misc. hist. patr. vol. 68 n. 20).

V

7340 nella chiesa vicina al Redutto della Rocca di Lombriascio, loco fra Corrignano e Raconigi FERRAR. Lombriasci in ecclesia parochiali GAZZERA. Apud Lombriam PINGON. MS., quo deleto substituit 'Taurinis in meis aedibus', et sic PINGON. ED. — Asti MALABAILA fraude.

T · VETTIVS · L · F

POL · AEDILIS

VETTIA · T · F · SECVNDA

VXOR · FECIT

vir tunicatus sedens in
equo phalerato

modius

Ferrarius apud Manutium cod. Vatic. 5237 f. 379' 'mostratami dal Collaterale Amedeo Ponti' (inde Malvasia p. 488 ex schedis Vatic.; Fabrett. 274, 157 ex schedis Vatic.); Pingonius ms. f. 132, ed. p. 97 (inde Ligorius ms.; Grut. 486, 2; Guichenon 1, 51 a Phil. Malabaila; inde Muratori Asti n. 30 = 31); Bartoli ms. ex schedis Lombriascensibus saec. XVIII; Gazzera in act. Taur. ser. 2 vol. 14 p. 43 qui ineditam ait. A prioribus Promis *Torino* p. 235 n. 59.

Vv. divisi ad Ferrar. et Pingon. (ed.) consentientes. — 1 T · VETIVS (om. L · F) Ping. (ed.) Malab. — 3 VETIA Ping. (ed.), VETI Malab.